

1222 Ceionium¹ Rufum Albinum v. c. cons. [ord.]²
 philosophum³, Rufi Volusiani bis ordinarii cons.⁴
 fi[li]um⁵, senatus ex consulto suo quod eius liberis
 post Caesariana tempora id est post annos CCCLXXX et I
 auctoritatem decreverit⁶

Fl. Magnus I[a]nuarius v. c. cur. statuarum

Romae in Capitolio, semel descripta ante saec. IX, quod exemplum tradunt vetus codex Einsidlensis et ex simili codice Poggius (VI 1708), descripta autem videtur non sine mendis, neque indicatis lacunis (lacunosam esse monuit Seeck Herm. 19 p. 187). — 1) Ceionium Eins. (reliqua sphalmata huius generis non notavi). — 2) Consul fuit a. 553, praefectus urbi a d. 50 Dec. a. 555 ad 40 Mart. a. 557. — 3) Cf. Teuffel Lit. § 407, 5. — 4) Est is cuius est titulus supra N. 1215. — 5) finium traditur. — 6) Haec pertinere putavit Mommsen (Ber. d. sächs. Ges. d. Wiss. 1850 p. 314, sed cf. Staatsr. II³ p. 754 not. 2) ad ius consulum creandorum, Seeckius ad ius praetorum quaestorumque creandorum anno CCCLXXXI post Caesariana tempora, i. e. anno circiter 556 p. Chr., senatui restitutum. Seeckius in lapide haec fere fuisse existimat: quod eius li[ti]eris [exoratus d. n. Constantinus max. p. f. semper Aug.] post Caesariana tempora, id est post annos CCCLXXX et I [sibi praetorum quaestorumq. creandor.] auctoritatem decreverit.

1223 Q. Fl. Messio Egnatio | Lolliano¹ v. c. | q. k., praet. urbano, | auguri publico p. R. | Quiritium, comiti | dd. nn. Aug. et Caesarum², | curator albei Tiberis | et cluacarum sacre (sic) urbis, | curator operum publicorum, consulari aquarum | et Minuciae, consulari | Campaniae³, | ordo populusque | Suessanus.

Suessae (X 4752 vidit Mommsen). — 1) Hic est Mavortius Lollianus (Mavortii nomen titulis N. 1224, 1225 praescriptum est, quod ab hoc lapide abest), ad quem Firmicus Maternus dedit matheseos octo qui extant libros (Teuffel Lit. § 406), praefectus urbi a. 542, praefectus praetorio a. 555 et 556 (Amm. 16, 8, 5), consul ordinarius a. 555. — 2) Intelleguntur Constantinus et filii eius Caesares; titulus positus igitur est non post a. 557. In titulo N. 1224 pro comite Augusti et Caesarum Lollianus dicitur comes Flavialis. — 3) Memorantur 'fascēs Campaniae provinciae' a Firmico lib. I praef.

1224^a Mavortii. | Q. Flavio Maesio Egnatio | Lolliano c. v., q. k., praetori urbano, auguri publico populi | Romani Quiritium, cons.¹ albei | Tiberis et cloacarum, cons.¹ operum publicum², cons. aquarum, | cons. Campaniae, comiti Flaviali³, | comiti Orientis⁴, comiti primi ordinis et | proconsuli provinciae Africae⁵, | regio portae triumphalis patrono dignissimo. (*In latere legitur titulus vetustior X 1695*).

1224^b Mavortii. | Q. Flavio Maesio Egnatio Lolliano | c. v. (*ut supra, sed versibus aliter divisus, et in fine*) proconsuli provinciae Africae | regio clivi vitriari sive vici turari | patrono dignissimo.

1224^c Mavortii. | Q. Flavio Maesio Egnatio Lolliano c. v. (*ut supra, sed in fine*) colligeus decatressium⁶ patrono dignissimo posuerunt.

Puteolis rep. (X 1695 vidit Mommsen; Eph. ep. 8, 565; X 1696 vidit Mommsen). Hi tituli recentiores sunt quam N. 1225, sed antiquiores a. 542 quo Lollianus praef-